

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia as  
cum uariis

Duo sunt que illicite solent acquirere, scilicet superbia et cupiditas, et duo que male fruuntur acquisitis: gula et luxuria. Duo sunt qui male possidere uolunt, scilicet prodigus et auarus. Vnus ut congreget, alter ut dissipet, et duo que possessa defendunt, id est intemperancia et prudencia mundi. Superbia dyabolo clausit celum, gula primo parenti abstulit paradisum. Auaricia diuiti aperuit infernum, intemperancia uero adhuc corrumpit mundum.

Hugo libro II. de claustro anime.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Auaricia as] Auaricia at P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; id est] scilicet L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; aperuit] aperuit *add.* (*cor. infra*) B, *om.* C; II. *om.* M L<sup>2</sup>